

THE DESCRIPTION OF THE WORLD & THE WILL OF MARCO POLO

Ego Nicolaus presbiter Plebanus Ecclesie sancti Cantiani & Notarius compleui
& Roboravi

(Archivio di Stato. Pergamene esposti 1157.)

18. Will of Marco Polo 9 January 1323/24.

Will (parchment, 675 × 232 mm.):

In nomine dei eterni amen anno ab incarnatione domini nostri ihesu xpisti
Millesimo Trecentesimo vigesimo tercio menssis januarii die nono intrantis
indicione septima Riualti|diuine inspiracionis donum est et prouide mentis
arbitrium ut antequam superue|niat mortis iudicium quilibet sua bona sit ordinare
solicitus ne ipsa|sua bona inordinata remaneant qua propter ego quidem Marcus
paulo|de confinio sancti johannis crisostomi dum cotidie debillitarer propter
infirmi|tatem cor|poris sanus tamen per dei graci|am mente integroque consilio et
sensu timens ne abin|testato decederem & mea bona inordinata Remanerent.
vocari ad me|feci johannem iustinianum plebanum sancti proculi & notarium
ipsumque Rogau|i quatenus hoc meum|scriberet testamentum pariter et conpleret:
in quo meas fidei commissarias esse con|stituo donatam dilectam vxorem meam
et fantinam et bellelam atque moretam|peramabilles filias meas ut secundum
quod hic ordinauero darique iussero|ita ipse post obitum meum adimpleant/
primitus enim omnium volo & ordi|no dari rectum decimum. jtem volo et
ordino distribui libras denariorum|venetorum duo Millia ultra decimam. de
quibus dimitto soldos viginti denariorum|venetorum grossorum monasterio sancti
laurencii ubi meam eligo sepulturam. Jtem Re|mito libras Trecentas denariorum
venetorum ysabete quirino congnate mee quas|mihi dare tenetur. Jtem Soldos
quadraginta cuilibet monasteriorum et hospi|taliorum a gradu usque ad capud
aggine. Jtem dimitto conuentui Sanctorum johannis|et pauli predicatorum illud
quod mihi dare tenentur et libras decem fratri tenturio(?)¹|et libras quinque fratri
beneuenuto veneto ordinis predicatorum ultra illud|quod mihi dare tenetur. Jtem
Dimitto libras quinque cuilibet congregacioni Riualti|et libras quatuor cuilibet
scolarum siue fraternitatum in quibus sum. Jtem Dimitto|Soldos viginti denari-
orum venetorum grossorum presbitero johanni iustiniano notario pro labore|istius
mei testamenti et ut dominum pro me teneatur deprecare. Jtem absoluo|petrum
famulum meum de genere tartarorum ab omni vinculo seruitutis ut|deus absoluat
animam meam ab omni culpa & peccato. Et sibi Remito omnia|que acquisiuit

¹ The forms Tentor and Tentuarius (13th century) are recorded in the sense of "dyer", and Centurius (as a name, *Aug. retract. 2, 19.*) meaning "beltmaker". The name here is on the whole more like tenturio or tentorio, but might also be centurio.